(142)

Academiæ Regiæ Scientiarum,
quæ Madriti floret,
Præsidi,
et Sociis Illustriſsimis

Josephus et Carolus Wenzel
Med. et Chirurg: Doctores
Academiæ Cæsareo-Regiæ Josephinæ
Vindobonensis Socii

Felicitatem

Per Legatum Suæ Majestatis Romanorum Imperatoratoris Illustriſsimum Comitem ab Eltz praecelsum nostrum et perquam Gratiosum Fautorem transmittimus Vobis Tractatum de Malo, quod cùm Stragem late promittat, summi momenti est, de Gangrænâ scillicet Nosocomiali, quæ in magnis Regni Vestri Nosocomiis perinde atque in nostris communis et nota, et præter summam etiam quæ vestra est experientiam, perspicaciam et in praxi dexteritatem, non exiguum et parem, qualem apud nos ciet, fortè et apud Vos inferet metum.

[142]

Addidimus Opusculum nostrum: Vorschläge zur Verbesserung der Chirurgischen Anstalten auf dem Land. quod varia Chirurgiam ruralem emendandi continet consilia, nostramque cum Notis et Tabulis auctam Versionem Programmatis Weidmanniani: De abusu ferri candentis ad Separandas partes Oſsium mortuas.

Vestræ, Illustriſsimi Viri, quæ celebratiſsima est, eruditioni, et in Scientiis Medicis ac Chirurgicis acumini et profundo Judicio hasce elucubrationes nostras subjicimus, et, ſi quo modo expectationi ſatis fecerimus Vestræ, nos reputamus felices: Acuet id, qui in nobis est, indagandi animum, novosque admovebit industriæ nostræ stimulos, quo in persequendis conatibus nostris accendamur. Valete.